Laus Deo. xxv° Octob.
1621

Elegantissime Juvenum,

Elegantias tuas letus accepi, libens legi. stupemus sane, — stupemus. tune carmen tam argutum, tam acutum, tenebris ulterius premas? et sub modio (quod aiunt) patiaris — delitescere? non oportet. Missa hâc hostiâ tibi litandum — est. Ad iudicium nostrum quod attinet. hoc habe. bona sunt, quae intellexi; credo etiam quae non intellexi. nam, ut rem dicam, sunt quae non capio. at scio, nisi obscura sint, non constare haec sacra. Cum nos foelicior hora aliqua coniunget, scrupulos nostros — exponendos, scias. Interea quidam hic — elegantiarum Patroni munusculum aliquod Musae Vernaculae a te ore meo vel calamo vehementer efflagitant; certum est in penu tuo literario — multa eius generis exercitia adhuc servari. prome aliquid de meliore notâ, et Mathiacos nostros participes tui facias, et (quod olim Philosophus suadebat) loquere hic, ut et nostri — te videant. Plura iam non addo, praeter salutem Clarissimo viro Patri tuo, cuius humanitati ac benevolae facilitati multis nominibus me obstrictum libens meritoque profiteor. Matri etiam — sapienti Matronae Fratri ac sororibus meis verbis impertiendam. vale

Tuus ac Tuus

J Cats

ACAD.
LUGD.BAT.
BIBL.

B.P.L. 1961

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1961
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/293

Ernstfeste hooghgeleerde
heer Constantinus
huygens

In

s' Graven-haege

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1961
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/293